Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Torrentem pertransiuit anima nra. forsitan pertransiuit anima nra. aquam intolerabilem.
Benedictus dns. qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
Anima nra sicut passer erepta est. de laqueo venantium. laqueus contritus est. et nos liberati sumus
℟. adiutorium nostrum in nomine dni.
Adiutorium nostrum in nomine dni. qui fecit celum et terram. CANT GRADUUM.
Qui confidunt in dno sicut mons sion non commouebitur in aeternum. qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius. et dns in circuitu populi sui. ex hoc nunc et usque in sacculum.
Quia non relinquet dns virgam peccatorum super sortem iustorum. ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac dne bonis et rectis corde